



*Intra in rebus malis iustis  
fateari necesse est.*

PRAEFATIO NOVA.

D. LVDOVIC. IVLIVS FRIDER.  
HOEPFNER.

L S.

Cum ante aliquot abhinc annos in publicum emitterem HEINECCII *elementa iuris secundum ordinem institutionum* notulis quibusdam illustrata: in praefatione aperiēbam consilium meum, libellum istum limandi, ubi opus esset, & poliendi. Paene oblitus eram propositi, cum in itinere Goettingam transiens viderem Antecessores illustres, quos ab antiquo colo, GEORGIUM LVDOVICUM BOEHMERUM, & CHRISTIANUM FRIDERICUM GEORGIUM MEISTERUM. Uterque amice me adpellabat de promissis institutionibus, & consilium maximopere probabat. Talium Virorum mihi, ut merito, insigne erat incitamentum ad opus perficiendum.

Quae a me praestita sint in hac editione, longiori oratione recensere non est opus, cum animaduertenti facile patebunt. In id prae aliis incubui, vt omnium iuris materiarum principia in libro exstarent; certe nullam paullo grauiorem & vtiliorem praetermisi; quia hoc iure ab eo expectari mihi videatur, qui *totius legitimae scientiae elementa* promittit; quodque sic primis Iustinianeis multo facilius aditus ad latiores Digestorum libros paratur. Hinc articulos de dote ac pactis dotalibus; de administratione tutorum; de possessione; superficie; hereditatis petitione; iure pignoris; de pactis in genere; de restitutione in integrum; constituto, aliosque locis congruis inserui; breuissime tamen, vt in libro elementari oportet.

Materias contra, magis ad antiquitates, quam ad ius in foro obrinent spectantes coercui & arctioribus cancellis inclusi. Vbi auctor primus a vero deflectere videbatur, in viam ipsum reuocaui; aliquando, velut in titulo, qui de vsucapionibus agit, eius telam plane retexi, nouamque supposui. Actiones praeiudiciales & reales non reieci ad titulum de actionibus, sed fontibus suis, iuri personarum ac in re statim subiunxi.

Cum

Cum lib  
fit, & hinc  
dare ne  
passa fit, e  
libri impre  
librario ac  
paucae irre  
calce libri

His praec  
ror. Dabo  
MDCCCLX

EDI

P  
rodit  
quod sper  
operum  
examen vo  
erat, feut  
expunxi,  
modan, a  
bantur; v  
culum scit  
Darmstadt  
MDCCCLX

Cum libellus procul a me typis exscriptus sit, & hinc ego plagulis corrigendis operam dare nequiverim; nec temporis angustia passa sit, ea quae adnotaueram ad marginem libri impressi, unde haec editio parata est, librario accurate describenda dare; haud paucae irrepperunt mendae. Foediores in calce libri adnotaui.

His praemonitis lectores non amplius moror. Dabam Gissae d. XIV. Aprilis Anno MDCCLXXVIII. 1778.

---

## PRAEFATIO.

### EDITIONIS SECVNDAE.

**P**rodit noua editio huius libri, priori, quod spero, multis modis melior. Vicia operarum sustuli; Auctoris dicta denuo sub examen vocaui; & quod a me ipso peccatum erat, sedulo emendare studui. Non pauca expunxi, quia aut tironibus minus accommodata, aut molem libri nimis augere videbantur; vnum ac alterum contra iuris articulum scitu nescarium inserui. Scribebam Darmstadii Calendis Nouembris Anno MDCCLXXXI. 1781.

PRAE-